

*Exemplum*

*Ex libro bonorum h. magnifici domini Bernardi Barbadico capitanei et viceduchæ Cretæ suique Consilii.*

*Die sexta Junii 1514*

Clamatum fuit publice per Dominicum de Brixia preconem in lobia Sancti Marci ad sonum tubarum. Cum clarissimus dominus Bernardus Barbadicus capitaneus generalis insulæ Cretæ tunc habens vices et auctoritatem totius clarissimi regiminis fuerit ad visitationem insulæ, et existens in Castro novo, pervenerit ad aures suæ magnificentiæ, quod ab annis sex citra aliqui nobiles, populares et rustici usurpaverunt et propria auctoritate intrusi sunt in prata sive livadia de Messarea, in maximo damno et præjudicio rerum Illustrissimæ Dominationis; propter quod, volens sua magnificentia in hoc modo debito procedere, per plures testes fide dignos habuit hujus modi rei veritatem, prout in processu continetur; volentesque ad præsens præfactus clarissimus capitaneus et viceducha ac spectabiles et generosi domini Hironimus Barbo honorabilis consiliarius ac Marcus Mauro honorabilis camerarius et vice consiliarius Cretæ ad indemnitatem præfatarum rerum prælibate Illustrissimæ Dominationis eum dignis respectibus, rationibus et causis providere, per hoc publicum edictum et proclamam faciunt notum omnibus et quibuscumque nemine excepto, qui intrusi sunt et tenent ac laborant de dictis pratis sive territoriis, in dicto prato, aut paluto sive livadi Masariæ positus, teneantur et debeant omnino respondere Dominio, tam de pecunia numerata quam frumentum et hordeum, omnem quantitatem denariorum, ordeorum et frumentorum tam anni præsentis quam præteritorum quam quilibet ipsorum, nemine excepto, reperiuntur habere et tenere in manibus suis spectantem et pertinentem jure prædicto Dominio nostro, et ipsam pecuniam, frumentum et hordeum, teneantur et debeant consignare illi vel illis qui per præfactum clarissimum regimen deputati erunt super inde, sub poena solvendi duplum. Item, faciunt notum omnibus et mandant, quod de cætero, aliquis sit quis esse velit, non audeat nec præsumat laborare nec laborare facere de territoriis non dum incisis neque disboscat in dicto prato, paluto sine livadi, sine expressa licentia et ordine ipsi dando in scriptis per clarissimum dominum du-

cham Cretæ capitaneum et consiliarios, sub poena contrafactis et pro qualibet vice, amitendi ducatum unum pro qualibet mensurata territorii; et si non habuerit solvere, stare debeat in carcere per menses tres continuos, sine gratia aut remissione. Item, quod si aliquis hucusque non dederit in notitia territoria et mensurationem eorum, et id quod tenentur solvere justa proclamationem factam in Castronovo prædicto et casalibus circumvicinis in dicto prato sub die 29 Novembris 1513, debeant in termino dierum decem postquam præsens edictum publicum erit in dicto castro et casalibus, contentis in dicto proclama comparere coram Domino et manifestare et dare in nota et quod quislibet tenet et possit de ipsis dominis accipere, et quod suum est, sub poena contrafactibus et cuilibet ipsorum ducati unius pro qualibet mensurata non manifestata. Illi autem qui comparderint in executione dictæ proclamationis et dederint notitiam de territoriis quæ tenent et de eo quod solverint, debeant solvere et respondere pro nunc illi vel illis qui erint ut supra deputati tantum quantum in ipsorum confessionem continetur, sine præjudicio jurium et rationum prælibate Illustrissimæ Dominationis, quæ semper intelligantur salva et reservata. Et hæc proclamatio sive ædictum publicetur ad intelligentiam omnium in lobia Santi Marci in Castro novo et in casalibus convicinis dicti prati, paludi sine livadii.

*A dì 5. Non fu il Principe in Colegio more solito. Vene l'orator di Franza, et parloe zereha li avisi di Roma.*

*Di campo, fo letere, di eri sera. I nimiei non è mossi, ma atendo a far mostre di fantarie.*

*Di Padoa, di rectori fo letere. Con avisi auti da missier Thodaro Triulzi, è lì, qual à di Roma, di 30, et l'orator di Franza è a Roma, non solum à di Franza di 19, ma di 21, che par l'acordo con il re d'Ingaltera e Franza sia concluso, et fin 8 zorni si averà li capitoli; sichè certissimo è fato. e il re di Franza manderà le so' zente in Italia.*

*Di Londra, fo leto uno capitolo di letere a sier Francesco Pasqualigo qu. sier Filipo drizzato, scrive sier Lorenzo Pasqualigo suo fratello, di 4, 8 et 12 Lugo. Come l'acordo si tien per fato, e l'orator di Franza va per tutto molto charezato, e si tien seoso, perchè il Re vol scuoder certe imposition à posto per far la guera prima. E nota. Tornai resta al ducha de Borgogna, che prima par era sua; e il re di Franza dà seudi 600 milia al*